Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



sustinet affonare insidiantes in oculis
ardoribus Ciphat sol exurentis mon-
tes radios igneos exsiccans et
effulgens radius suos obtenebrat oculos
Magnus dominus qui fecit illud et
in sermone eius festinant ire
Et luna in omnibus mutat officio os-
tensio ipsius et signum eius Gl luna
signum dies festi luminare qd mi-
nuit in consummatione consummatio
mensis secundum nomen eius est mes-
tens mirabilis in consummatione
vas castrorum in excelsis infir-
mentum coli resplendens gloriose
Opera coli gloria stellarum
mundi illuminans in excelsis
domini In viis sancti stabunt ad
iudicium et non deficient in vigilia
sua vide arcum et benedic eum qui
fecit illum valde speciosus est
in splendore suo Circumdat celum
in circuitu gloriae suae manus
excelsi aperuerunt illum In imperio
suo accelerant iniquum et accelerat
thesaurizationes emittere iudicia sua
Propterea apti sunt thesauri et
evolaverunt nebulae sicut aves
In magnitudine sua posuit nubes
et confracti sunt lapides gra-
dibus In conspectu eius commo-
vebunt montes et in voluntate
eius asperavit via nothus
vox tonitrui eius obstupescent terra
Tempestates aquilonis et spiritus
gratis sicut et sicut avis deponens
ad sedendum asperges nivem
et sicut locustae demergens aspectus
eius Pulchritudinem oculorum
eius admirabitur oculus et sicut
imbrem eius expandit ros
Gelu sicut sulem effundet sicut
terra et dum gelaverit fiet tri-
caumen tribuli Aspiratus veni
aquilo flavit et gelavit crystallus
ab aqua Cuius omnes congregantur
aquarum et quiescit et sicut lacum
induet se aquis Et devorabit
montes et exuret desertum et
extinguet virides sicut ignis
Medicina omnium festinatione ne-
bulae et cito obviabit ab ardore
venenum humilem efficiet eum In
sermone eius silent venti et cogi-
tationes suas placavit abyssum
et plantavit illam dominus thesau-
rum navigant mare enarrant
periculum eius et audiebamus
aures nostras admirabamur Illic
pelagus et mirabilia varia bestiarum
generum et omne pecorum et cetorum
belluarum Propter ipsum confir-
matum est itinerum finis et in
sermone eius compositum sunt omnia
Multum diecum et defiecum vis
et consummato dicit sermonem ipse
est in omnibus Gloriatus ad quid
valebimus Ipse enim omnipotens
suis omnia opera sua Terribilis
dominus et magnus vehementer et mi-
rabilis potentia ipsius Glori-
ficantes dominum quantumcumque potueritis
suis valebit ad hunc et admirabit
magnificentia eius benedicite
dominum exaltate illum quantum po-
testis maior est enim omni laude
Exaltantes eum splendore virtutis
Ne laboretis non enim sufficietis
Oculus videbit eum sicut est ab
initio Multa abscondita sunt
maiora his Paucum enim vidimus
opera eius Omnia autem dominus fecit
et pis agentibus dedit sapientiam
Laudemus / xlviij
Viros gloriosos et parentes